



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Pontificvm Romanorvm Continvata Svccessio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233



SÆCVLVM
SEPTIMVM MONO-
THELITICVM ET LON-
GOBARDICVM.

PONTIFICVM ROMANORVM CON-
TINVATA SVCCESIO.

67. **S**ABINIANS Tuscus creatur *an.* 605. Is cū in dirafame derogaret predecessoris liberalitati, Sanctus Gregorius tertium ei secundum quietem apparens, de culpa tenacitatis eum increpuit: tertia increpatione nil correctum percutit in capite; ex quo dolore obiit: cum sedisset *mens.* 5. *dies.* 19. Eiectus ex vbe inglorius demum in S. Petri est reportatus.

68. BONIFACIUS III. creatur *anno* 605. Romanum, non Constantinopolitanum Episcopum esse *Vniuersalem* vel ab ipso Christo statutum esse declarauit edicto. Non igitur à Phoca datum est id honoris Papæ;

vt fingunt Sectarij hodie; sed à Christo collatum est soli. Sanciuit etiam in Concilio Romæ, Ne quisquam, viuento Papa, de successore loqueretur; nisi tertio post demortuum die, quo electioni vacandum. Obijt, cum sedisset *Men.* 8. *Dies.* 23.

69. BONIFACIUS IV. creatur *anno* 607. Domum suam vertit in monasterium, redditibusque dotat. Obtrinet à Phoca *Pantheon*, Iani vindicio sub Augusto positum; inque Deiparæ honorem, & Sanctorum Martyrum consecrauit, illatis in it Reliquiis. Stererat annis 632. adhuc inexpectatum ab idolis. Diemque claudit *anno* 614. cum sedisset annis 6. *Mens.* 8. *Dieb.* 13.

70.S.

70. S. DEVS DEDIT Romanus, primus ex Diaconatu creatur, anno 614. idque ob eximiam sanctitatem. In lacera terræ motibus vrbe dum obit visitans afflictos, vnum ex infirmis in persona Christi contemplatus quasi leprosum, osculo fixo perlanauit. Sanciuuit, Ne quisquam Commatrem duceret in vxorem; sin, esse ambos excommunicatos. Obijt anno 617. cum sedisset annos 2. Mens. 7. inter sanctos relatus est.

71. BONIFACIUS V. creatur an. 617. mittitque *Pallium* Episcopo Rossensi in Anglia: Sanciuuit confugas ad Ecclesiam non extrahendos. Presbyteris, non Accoluthis licitum Martyrum leuare reliquias: & baptizare Diaconis, non Accoluthis. Obijt an. 625. cum sedisset annis 7. Mens. 10. vir mitissimus, & misericordia nulli secundus.

72. HONORIVS I. creatur anno 626. Obijt an. 638. cum sedisset an. 12. Mens. 7. Plures construxit, reparauit, ornauitque ecclesias. Ordinauit omni Sabbato litaniam exire ex Sancto Apollinari ad S. Petrum cum canticis, populo comitante.

73. S. SEVERINVS creatur anno 638. Sergio Constantinop. Episc. seducente Heraclium Imp. in hæresin hanc: *Vnam in vna Persona Christi voluntatem & Operationem esse*: Commentumque hoc *Ecthesin* appellante, velut quinque Generalibus conformem Concilijs; & eam sub nomine Imperatoris publicante: Severinus oblatam ab Exarcho reiecit; Deo Sergium extinguente. Obijt anno 639.

74. IOANNES IV. Dalmata creatur

anno 639. Monothelitarum hæresin in Concilio damnat anno 640. Obijt anno 641. Sedit annum 1. Mens. 9. In Lateranum multas ex Dalmatia reliquias tulit.

75. THEODORVS I. Græcus creatur anno 642. Obijt anno 649. Sedit ann. 7. Mens. 5.

76. S. MARTINVS Tudertinus creatur anno 649. In Concilio Lateranensi *Typum Constantis Monothelitz*, missum vt subscriberet, damnauit, nitente loque verbis S. Dionysij Areop. istis: *Noua De virilem Operationem*: Sed deprauatis, pro *Nouam*, posito *Vnam*; confudit. Imperator mittit Olympium Exarchum, qui *Typum* promulgaret, vtque Longobardi Ariani quaterent Italiam. Olympius Romæ reperit Concilium 105. Episcoporum. *Typum* affigere valuis nequit, ob vim renitentem; nec par vi, doctum molitur, scil. Spatharium suum subornat, vt Papam occideret porrigentem Exarcho sibi S. Synaxin. At factelles ipsius conatu cæcatus Papam non vidit: quod iureiurando affirmavit Olympius. Hic igitur penitens abducit copias, et emque obit in Sicilia.

At ann. 650. Imperator Papam, qui *Typum*, se, suosque excommunicat, ira furens per missum Exarchum Theodorum armata manu capit agrum in templo decumbentem; conficta calomniam, quod per surreptionem teneret Cathedram; quod cum Turca confisrasset; blasphemasset Deiparam. Captum igitur deportat Naxum in insulam; Itemque S. Maximum monachum constanter Constanti resistentem relegat; vt qui vrbes aliquas Turcis prodidisset.

dixisset: dixissetque; *Regis non est proponere dogmata, & Typum.*

Ann. 651. S. Martinus euocatus Constantinopolim dirius accusatur à subornatis falsis; carnificique datur, circumducitur pontificalibus exutus in publicum vrbi ludibrium: carcere diu maceratur: demum Paulus Constantinopol. Episc. cum miseratus orat, ne porro crucietur: ergo in Chersonesum relegatur. Paulus ante suum agonem profiteretur pœnitens à se factam iniuriam Papæ. Interea Constantis exercitus quatuor diuersis in locis funduntur fuganturque à Turca.

Anno 652. Exulanti inter ethnicos verat cibum præberi: iubet Romæ surrogari Eugenium; consentitque in eum, vt optimum, Clerus; sed ita, vt esset V. carius tantum, ne infandiora tentaret Imperator.

Anno 654. Sanctus Martinus ærumnis extinctus martyr j aureolam promeretur; cæco prius in viuis oratione visum restituens.

A morte autem ad sepulcrum eius multæ conuersiones factæ magnum procul confluentiu egrorum traxere concursum. Sedit annis 6. Mensib. 3.

77. EVGENIVS I. creatur *ann. 654.* ex Papa Vicario in Papam. Obiit, cum sedisset menses 6. Dies 23.

78. S. VITALIANVS creatur *an. 655.* Ad hunc Imperator mittit Euangelia aurea gemmisque rigent, & fidei Romano-catholicæ emittit professionem; vt cum Papa communicans videatur Catholicus, vitetq; odia Occidentium.

Mittit quoque legatos ad Sanctum Maximum exulem in Thracia, qui eum reddant monothelitam; sed eos ipse conuertit hæresin eurantes. Quibus idem persuadere Imperatori frustra laborantibus, is alios mittit, vocatque Sanctum ad Synodum, à qua conuicta conspuitur, ac tantum non prope enecatur.

Demum *an. 657.* varijs accusatus calumniis, in cæteris quod *negat Regem esse Sacerdo em.* Fastuario multatur, lingua truncatur, manuque, vti & Anastasius discipulus eius: per vibem ducuntur ostentui, in exilium remissi finiunt martyrium.

Anno tamen 663. Imperator peregrinatur ad Limina Apostolorum, daturque donis se catholicum proficitur; Papa ad cætera eius flagitia dissimulante, contentus reditu eius ad Ecclesiam qualicumque, iudicantem de exterioribus.

Quod autem fide egerit, eo docuit; quia *anno 666.* hæreticum promouit in Episcop. Constantinopolitanum.

Anno 669. Obiit Papa vitæ sancti monia inclutus; decernitur ei annua memoria Sancto. Sedit annis 14. Men. 5.

79. ADEODATVS Romanus creatur *an. 669.* moritur *anno 676.* Sedit annis 7. mens. 2.

80. DONVS creatur *anno 676.* Obiit *anno 678.* Sedit annum 1. menses 5.

81. AGATHO Siculus creatur *anno 678.* Scribentibus Imperatori, & Episcopo Constantinopol. vt ad reducendam

dam Ecclesiæ pacem adlaboraret, indicit Synodum Generalem Romæ 125. Episcoporum contra Monothelitas, ann. 680. Ex hac scribens Imperatori Papa doctorum deplorat inopiam, ac reddituum, quod prædicatores manu victum quarere cogeretur, ob vastationem Lögobardicam. Quin & ipsum Concilium petit ab Pogonato doctos submitti contra hæreticos.

Ex huius Concilij Symbolo Græci traserunt vocem, *Filioque*. Vide in varijs. Agatho moritur anno 682. Sedit an. 4. Vacavit Sedes mensibus 19.

82. LEO II. Siculus creatur ann. 682. Acta Synodi VI. reddita latine mittit in Hispaniam. Venit pro vsu Pallii quicquam ab vltro pendi Episcopo. Obijt an. 684. Sedit men. 10. dies 8.

83. S. BENEDICT. II. creatur an. 684. vir multis, magnisque virtutibus tantus, vt illius respectu Imperator Clero, Populo, Exercituique Romano in perpetuum indulserit, vt electus Papa continuo in Pontificæ ordinaretur; Ipsum suis filiis Iustiniano & Heraclio patrem adficiuit; in cuius signum eorum cirros capillorum Papæ transmisit resectos. Obijt an. 685. sedit Men. 8. Dieb. 13.

84. IOANNES V. creatur an. 685. obijt an. 686. sedit annum 1. dies 11.

85. CONON Thrax creatur ann. 686. obijt an. 687. sedit mens. 11.

86. SERGIUS creatur an. 687. in scissione populi Rom. duos inter alios postulantis, demum ad Sergium à Clero electum acquiescentis. Theodoro Episc. Constantinop. infandum Monothelitarum conciliabulum contrahente contra Oecumenicam Synodum VI. Imperator Iustinianus I. Sergiū PP. conatus inducere vt subscribat actis: deinde innoletem misit Protospatarium, qui aut cogeret, aut captum Constantinopolim adduceret. Sed hunc Papæ exercitus profugabat; & nusquam in fugatus, sub lecto Papæ seruatus est. Iustinianus post exutus imperio eam penam referebat in hanc culpam suam. Obijt an. 601. Constituit, vt *Agnus Dei, qui tollis, &c. cantaretur*. Item vt in festis Annunciationis, Natiuitatis Christi, Assumptionis B. Mariæ, & in Hypapante Litanæ exeat à S. Hadriani ad S. Mariam. Sedit annis 13.

Men. 8.

IMPE-